



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 73. Examen articuli de sacri Codicis sensu, & interpretationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Secul. XVI. creverunt, quod Vulgata tanquam au-
A.C. 1546 thentica sit declaranda, ut hoc pacto
 tam in sacræ Scripturæ lectionibus,
 quam citationibus ubique certa & æ-
 qualis habeatur regula.

§. LXXIII.

*Examen articuli de sacri Codicis sen-
 su, & interpretationibus.*

His ita stabilitis Patres ad articulum
 de sensibus, ac sacræ Scripturæ
 interpretationibus processerunt, qua de-
 re itidem varia erat plurium sententia:
 in eo quidem conspirabant omnes, quod
 promiscua facros libros interpretandi
 licentia posterioribus hisce annis usur-
 pata hæresin in Germania procreaverit,
 an autem illa sit damnanda, diversi di-
 versa sentiebant: *Nonnullis enim spiritua-
 lis tyrannidis speciem præferre videbatur, si
 interdiceretur fidelibus, ne ingenii sui virus
 exerceant pro modulo donorum, quæ Deus
 illis elargitus est: neque id aliud esse ajebant,
 quam vitare, ne talentum a Deo concessum
 in mercimonium spirituale, uti decebat, ero-
 getur: econtra censemebant, homines ad sacra-
 rum literarum lectionem quibusvis illecebris
 proledandos; his vero, qui voluptatem eam
 aufert, quam novitas afferre solet, eum
 illas omnibus odiosas & invisas redditurum,
 eamque coactionem in angustias facile studio-*
sos

hos invitaturam, ad animum aliis scientia- Sæcul. XVI.
 rum generibus applicandum, & a sacris li- A. C. 1546.
 teris avertendum, adeoque ad omnem pietatis curam, studiumque abjiciendum. Dein
 istam spiritualium donorum varietatem ad Ecclesiæ perfectionem pertinere dicebant,
 imo legendis veterum Patrum scriptis non modo magnam opinionum diversitatem, verum contrarietatem quoque conspici, sed quæ cum arctissima charitate sit conjuncta.
 Cur autem huic Sæculo non eadem libertas permittatur, quam superioribus Sæculis homines magno spiritualis boni proventu retinuerunt.

Alii econtra sic contendebant: *Licentia popularis majorem in Ecclesiam perturbationem invehit, quam ipsa tyrannis, ideoque his præsertim temporibus effrenata hominum ingenia cohibenda sunt, alioqui nullus foret contentione finis.* Priscis quidem Sæculis permisum fuit, in sacræ Scripturæ libros commentarios scribere, necessitate id postulante, quod paucæ essent expositiones Bibliorum, & nullo, sicuti hoc Sæculo, impendente turbarum metu ab hominibus, vitæ sanctimonia, ingeniique moderatione spellatis: Scholastici igitur Theologi, cum viderent, nullam esse in Ecclesiasticarum interpretationum necessitatem, & Scripturam non modo sufficienter, sed etiam copiose explicatam, alias rerum sacrarum tradandarum rationem inierunt. Cumque vi-

Sæc. XVI.
A.C. 1546

derent homines ad disputandum suopte inge-
nio proclives, satius duxerunt, distinere eos
potius excutiendis Aristotelis effatis, & ra-
tionibus, atque interim verbo Dei cultum &
reverentiam debitam conservare; cui pluri-
mum decedat, necesse est, quando illotis vul-
gi manibus tradatur, aut curiosis, tanquam
materia exercitandis ipsorum ingenii, pro-
pinatur.

§. LXXIV.

*Richardi Cenomanensis, ac Dominic
Soto sententia.*

Posterior hæc sententia eo usque urge-
batur, ut Richardus Cenomanensis
ex Ordine S. Francisci afferere haud da-
bitaret, quod fidei dogmata Scholastico-
rum opera nunc adeo sint enucleata, ut in po-
sterum ex Scriptura ea addiscere nihil sit o-
pus. Ea olim in Ecclesia legi, & in Scho-
lis addisci solitum fuit ad populum instituen-
dum: nunc vero in Ecclesia legitur, ut ora-
re doceat solum, qui unicus debet esse illius
usus: non autem, ut addiscatur, atque hic
est cultus ac veneratio a singulis Verbo Dei
debita: illud vero omnino prohibendum est,
ne quis discendi studio Scripturam legat, mi-
si qui in Theologiae scholasticae doctrina prius
sit institutus, apud eos enim, qui in sacris lite-
ris versantur, Lutherani maximos faciunt
progressus.

Hs